

11. Januarii 1794  
Commissio data D. Georgio Kenler  
Priori D. Diestensis ut incumbat  
restitutioni bonorum J. Gorney  
in usbe apprehensi.

Fr. Nicolaus Albergati Prior Cartusie <sup>et</sup> sibi in Christo Patri  
D. Georgio Kender Priori Cartusie Diocesis plurimam  
in dno salutem

Cum pro nunc Cartusia Monachorum Gosnay —  
officialibus sibi necessariis destituta remaneat, quibus  
servitute ~~et~~ <sup>persecutione</sup>, vel incarcerati, vel mortui sunt,  
iuxta debitum muneris quo fungimur, opportunum ducimus  
aliquem deputare, qui dicta Cartusia Gosnay ~~bona~~ <sup>bona</sup> que  
in urbe yprensi possidet, recuperare sataget. —  
in te igitur conspicimus oculos qui ejusdem domus —  
professus <sup>eris</sup> et Prior olim fuisti; ideoque nullum  
alium ad hoc opus, narrantium te aptiorem reperire  
possumus. Tenore igitur presentium tibi curam  
Committimus ut dominos Cesaree Majestatis Egregios  
Commissarios accedas, et omnem sollicitudinem  
adhibeas quatenus domui Monachorum <sup>Gosnay</sup> tuae professionis  
Bona sibi in urbe yprensi debita in manibus tuis —  
restituatur, que ut depositum servabis usque ad  
tempus quo in pristinum <sup>et</sup> <sup>restaurabitur</sup> ~~restaurabitur~~. —  
ut autem hoc opus tibi per presentes commissum  
feliciter perficere valeas, opulentum tibi de caelis  
apprecamur auxilium. Datum Bononiae <sup>14</sup> Januarii  
1794

^ bona, quon dicta cartusia gosnay  
et. restaurari possit in dicta domo